S C R I P T A

Numéro Scripta : 1570

Autre(s) référence(s) : Fauroux 126 / ARTEM 1914

Auteur(s) : Guillaume le Bâtard, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : 1051

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard, à la requête de ses chevaliers, Baudoin Filleul, « Tustingus », fils d'Helvise et Robert, donne à Saint-Wandrille un manse et deux hôtes à Longueil, ainsi que les dîmes de ce domaine ; un manse à Yvetot avec Le Carquelay ; la terre de La Corbière ; deux parts de la dîme de la terre de « Tustingus » ; la dîme entière de « Nova Terra » (Les Neuves Terres ?) dépendant du comte d'Évreux ; la dîme du domaine de Dénestanville avec un hôte.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 31, p. 77.
b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°126, p. 296-297.

Dissertation critique

L'acte (BnF ms lat. 16738, pl. 5), considéré comme un original par Marie Fauroux (FAUROUX n° 126, p. 296-297) a sans doute été écrit au XIIIe siècle. Sur ce point : D. BATES, William the Conqueror, p. 105 et n. 53.

Texte établi d'après b

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI. Cum constet omnipotentem Deum hominem ad imaginem suam mirabiliter [con] didisse, et lapsum Unici sui precioso sanguine red[em]isse, cujus dignitatis sit humana natura liquet [aperte, cui] ad gratiam promovende privilegium sue similitudinis dignanter indulsit, et reparande ad veniam, singulare pas[si]onis sue remedium procuravit, quamque super omnem creaturam mundi dignitate conditio[nis], propter [semetipsum po]tenter extulit, et super omnem cælestium virtutum gloriam per seipsum collocando singulariter mirificavit, ac per n[ostræ carnis participium] ad suæ divinitatis provexit consortium. Eo igitur, exigenda mentis intentio, eo tota cordis transferend [a est meditatio, despici]enda sunt queque transitoria et caduca abicienda terrena et vilia, quicquid vero est nostri juris Deo de[vote dicandum quicquid] precii et honoris libenter est offerendum, ut eo perveniatur quo precessit Christus caput nostrum. Quod, eg[o WILLELMUS,] nutu Dei Normannorum comes, diligenter perpendens, quorundam fidelissimorum militum interpellatione, videlicet, Balduini Filioli, Tustingi filii Helvise et Rothberti, Deo omnipotenti, a quo meliora spero, ac sanctis ejus qui in Fontanell[e patrocin]antur cænobio, quorum meritis juvari me fideliter credo, ad restaurationem dicti loci, qui dudum subversum fuisse dignoscitur, dono in Logolio (sic), mansum unum et duos hospites, [cum qua]dam parti[cula ter]re, et omnes decimas ipsius ville. Apud Ivetot, mansum unum cum territorio

de [C]ar[cli]f [et terram] de Cor[ber]er[ia] quietam, duas p[arte]s decim[e] de terra Tustingi, et totam decimam de Nova terra, [quam teneb]at[de comite Ebroicensi]. In Danestanvilla, decimam ipsius ville, et unum hospitem. Et ut perp[etualiter in fratrum usibus] ejusdem Sancti loci permaneant et proficiant, per hanc car[te hujus conscriptionem et auctoritatem] meam corroboro et confirmo, cum multorum nobilium subter ascriptorum testimonio. Facta est autem hæc astipulatio Dominice Incarnationis Millesimo .LI. anno, gubernante predictum [locum domno] abbate Rotberto, quarto videlicet sui honoris anno. Signum Vuillelmi + principis. Signum item Willelmi + comitis. Signum Malgerii archipresulis +. Signum Matildis + comitisse. S[ignum Roberti] + [junioris] comitis. Signum Willelmi episcopi. + Otonis [Bajoca]ssini episcopi +. Signum [Balduini. Signum] Tust[in]i, [Signum] Rot[be]rti +. Signum Willelmi filii Osberni pincerne +.

Pôle Document numérique – MRSH – Université de Caen Normandie – consulté le 11/05/2024